Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Hic subnotata continentur Vita M. Catonis

Nepos, Cornelius

Argentinae, 1505

VD16 N 522

Brief: Laurentius Abstemius excellentissimo principi Guidobaldo Urbini duci. Salutem et foelicitatem dicit

urn:nbn:de:bsz:31-309461

Visual Library

voluit eũ de ꝓuincia depellere: & ei ipſe ſuccedere. Neq; hoc
per ſenatũ efficere potuit. q uũ quidẽ Scipio in ciuitate princi
patũ obtineret; qđ tum nõ potentia: ſed iure reſpub. miniſtra
batur. Q ua ex re iratus/ ſenatu peracto: priuatus in urbe re-
manſit. At Cato/ cenſor cũ eodem Flacco factus; ſeuere pręfu
it ei poteſtati. Nam & in cõplures nobiles anĩaduertit/ & mul
tas res nouas in edictum edidit. quare luxuria reprimeretur.
quæ iam tum incipiebat pullulare circiter annos. lxxx. uſq; ad
extremã ætatẽ/ ab adoleſcentia (reipub. cauſa) ſuſcipere inimi
citias nõ deſtitit. A multis tentatus nõ modo nullũ detrimen
tũ exiſtimationis fecit: ſed quoad uixit virtutũ laude creuit: in
oĩbus rebus ſingulari fuit induſtria. Nam & agricola ſolers
& reipub. peritus; iuriſconſultus: & magnus ĩperator: & pro
babilis orator: & cupidiſſimus litteraꝝ fuit. Q uare ſtudiũ &
ſi ſenior arripuerit. tamẽ tantũ ꝓgreſſum fecit: ut nõ facile re-
periri poſſit: neq; de græcis/ neq; de Italicis rebus: qđ ei fuerit
incognitũ. Ab adoleſcentia confecit oratiões. ſenex hiſtorias
ſcribere inſtituit. Eaꝝ ſunt libri ſeptem. Primus cõtinet res
geſtas regũ. P. R. Secundus & tertius/ unde quæq; ciuitas or-
ta ſit Italica: ob quã rem oẽs origines videt̃ appellaſſe. In quar
to autẽ bellum punicũ eſt primũ. In quinto ſecundũ: atq; hæc
oĩa capitulatim ſunt dicta. Reliquaq; bella parimodo ꝓſecu-
tus eſt/ uſq; ad præturã Seruij Galbæ: qui diripuit Luſitanos
Atq; hoꝝ belloꝝ duces nõ noĩauit/ ſed ſine noĩbus res nota-
uit. In ijſdem expoſuit/ q̃ in Italia Hiſpanijſq; viderent̃ admi-
randa: in qbus multa induſtria & diligentia cõparet multa do
ctrina. huius de vita & moribus plura in eo libro proſecuti ſu
mus quẽ ſeparatim de eo fecimus rogatu. T. Pomponij attici
Q uare ſtudioſos Catonis ad illud volumen delegamus.

¶ Laurentius Abſtemius excellentiſſimo principi
Guidobaldo Vrbini duci. Sa. & fœlicitatẽ dicit

Q uãta ex rerũ ſcriptione/ nõ modo iocũditas/ veꝝ etiã uti
litas ꝓueniat: dux clariſſime: teſtis eſt felicis ac indelebilis me
moriæ Fridericus parẽs tuus/ maximũ ac ſingulare ætatis no
ſtræ decus & ornamentũ: & virtutũ omniũ ſpecimẽ: qui & ſi
philoſophiæ vehemẽter deditus erat; hiſtoriaꝝ tñ lectione plu
rimũ delectabat̃. Nam & bibliothecã ſuã (quotq̃ hr̃e potuit)

hiſtoricoꝝ libris referſit: nunquã℞ nõ aliquo aſtãte qui hiſto
riam legeret: cibũ capere ſolitus erat: ut nõ ſolum corpus ępu
lis/vegetiã animũ vetuſtiſſimaꝝ/pulcherrimarũ℞ reꝝ lectio
ne reficeret. Hinc nimirũ multoꝝ excellentiũ viroꝝ exẽplis/
qd domi militiæ℞ faciendũ aut vitandũ eſſet pcipiebat/ ꝗuis
adhuc puer tãta ſapiẽtia ꝑditus fuerit/ut cũ nutricis lacte ſapi
entiã hauſiſſe videret. Nicolaus picininus dux ætatis ſuæ cla
riſſimus: eũ adhuc adoleſcentẽ ſapiẽtis (ut aiũt) cognoĩe nun
cupabat. Merito igit maior ætate cõſona oĩm voce (ut erat) ſa
pientiſſimus habebat: magni℞ reges & potẽtiſſimi popl’i: qđ
dũ bibliothecarius eius erã/ſæpe notaui ĩ arduis & dubijs ſu=
is reb⁹/eũ (ut cæleſte quoddã oraculũ) p litteras & legatos cõ
ſulebãt. Sed qd mirũ quũ ſcirẽt eũ nun℞ cũ hoſte cõgreſſum
qn ſuperior aut victor euaſiſſet: nullã℞ ab eo urbẽ obſeſſam:
quã ille nõ cepiſſet. Et qđ incredibile ꝗ℞ videri põt nullos po
pulos ab eo domitos: qui nõ illũ ſingulari amore ꝓſequerent
tãta erat in eo rei militaris peritia: tãta humanitas: tãta clemen
tia. Huius tu veſtigia ꝓbe ſectatus/alteꝝ futurus es lumẽ Ita=
liæ: ꝗuis in ipſo ætatis flore/aduerſa valitudo tibi corpus im=
becille reddiderit. Ad paternã eñ ſapientiã: animi℞ magnitu
dinẽ: doctrina maior acceſſit. Nam quũ utriuſ℞ linguæ doc=
tiſſimus ſis ille fuit tantũ nr̃a cõtentus. Non aũt (ut ait orator)
viribus aut velocitatibus aut celeritate corporꝝ res magnæ ge
runt: ſed conſilio & autoritate & ſententia. Sed ut omittã cæ=
teras plurimas & ſingulares virtutes tuas (ne℞ eñ his nũc lo=
cus eſt) quis ſatis digne referre poſſet humanitatẽ & clæmen=
tiam tuã: qua erga hoſtes & inimicos tuos es uſus. Multos re
ges & principes hoſtibus ſuis ignouiſſe legimus: ſed non tã p
fidis & ĩgratis. Te eñ is veniã dediſſe cognouimus: q a parẽ=
te tuo et a te plurimis & maximis bñficijs affecti. vitã et regnũ
tibi auferre voluerũt. ſed nõ eſt paſſus deus innocentiã & fidẽ
tuã ab hoſtiũ malignitate & pfidia ſuperari. Credibile ẽ quic=
qd tibi aduerſi hactenus euenit: dei pmiſſu eueniſſe ut ṽtutes
tuæ magis eniteſcerẽt: ut℞ amicos ab inimicis diſcerneres: ut
℞ ꝗtę curę ſis ĩmortali deo cognoſceres. ſi eñ regno ĩcolumi
nullã fortunæ violentiã eſſes exptus: multę ṽtutes tuę laterẽt
ĩcognitæ. Fides et amor tuoꝝ ĩ te populoꝝ tibi eſſet ignotus;

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ꝙ deo charus & acceptus eſſes ignorares. Nunc vero ut aurū igne/ſic bona animi tui hac fortunæ acerbitate ſunt illuſtrata. Nunc aperte ītelligis: tuoꝝ in te beniuolentiā populoꝝ: qui quū deſideriū tui ferre nō poſſent: bis excuſſo a ceruicibus ſuis hoſtiū tuoꝝ iugo: non ſine magno & vite & reꝝ ſuaꝝ periculo regnū tibi aſſeruerūt. Nūc clare cognoſcis quantā tui curā deus habeat. oīpotēs: qui totiens te ex tot periclis liberauit & ne pedē offenderes inimicoꝝ laqueos fregit. Nec tui tantū populi benignitatē tuā ſenſerūt: verꝫ etiā externi. Quæ enī ſalus: amiſſa arce: faneſtribꝰ eſſe poterat: ni tuoꝝ cōceptā in eos irā ac furorē cōtinuiſſes. Ingenue igiť fatenť oēs ſe vitā/diuitias/opes/patriā: & quicqd chari habent: ꝑ te ſibi eſſe ſeruata. qđ Antonius nicoſantes clariſſimus iuriſcōſultus optīe (hoc epigrāmate) teſtať. Mœnia ꝙ fani ſuperāt: ꝙ libera tellus: Qꝫ populus: ꝙ res: ꝙ manet urbis honos: Qꝫ furor: & mortes: ꝙ ſæua īcendia ceſſant Inclite dux laudis: ſunt monumēta tuæ: Facta patris ſeq̄ris: quā preſtitit ille ſalutē Reddis. libertas te duce nr̄a redit Sic placitū ſuperis: ut pendeat ordine certo: A feretro ſemꝑ ſemine nr̄a ſalus. Præterea quū Ludouicus Odaxius vir eloquētiſſimus & utriuſqꝫ linguæ doctiſſimus/te hoc q̄qꝫ parētis habere mihi retulerit/ ut illuſtriū viroꝝ vitas & maxīe Cæſaꝝ/libenter lectites: Sex Aureliū Victorē de vitis cæſarū (tuo noīe) imprimendū curaui: ut nō ſolū apud te principē meū unicū: verꝫ etiā quocūqꝫ delatus fuerit: ſit teſtis meæ in te obſeruātiæ. Duo tn̄ me turbarūt qđ unicum tantū habuerim exēplar idqꝫ in nōnullis locis mendoſum: ꝙ laboribus ſcholaſticis īpeditus diligēter recognoſcere nō potuerim Vale dux clariſſime ex urbe faneſtri. iiij. kaľ. Martij. M.DIIII

¶ Carmen Nicolai Marchetti Faneſtris.

Nomina & imperij lateant ne ſtemmata lapſi
   Vſqꝫ ducem: qui nunc auſtria iura tenet
Abſtemi effectum eſt ſtudio: qui carceris atri
   Hoc opus Aureli protulit e tenebris
Huic omnis tantum Cæſar ꝙ ſæcula debent
   Noſtra: quibus tot res poſſe videre dicatur.